



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Ex Festis Januarii.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

Solide devotionis exercitia. 303

momentis, ut me salvum felici æternitati ser-
ves, & SS. Trinitati sistas. Ut hoc à te & per
te impetrem, offero tibi hodie in tributum ope-
ra mea bona & devotionem, quam pro singulis
diei & iis correspondentibus noctis horis erga
te exercitatus sum. Incipio à salutatione An-
gelica devotè recitanda *Ave Maria gratiâ plena*
&c. & Antiphonâ, quâ te honorat Ecclesia
Alma Redemptoris Mater qua pervia cali, *&c.*
& omnia hâc & sequentibus horis simul offero
pro iis in purgatorio animabus, quas tu ele-
gis. Ut illæ in cœlos receptæ me morientem ju-
vent.

Ex Festis Januarii.

Circumcisæ, & à tribus Magis adorate JESÙ
misericordiæ mei nunc & in hora mortis meæ.
Amen.

S. Paule conversæ, S. Joannes Chrysostome
impetrare mihi pro morte optimam præparati-
onem.

Idem impetrare mihi, quotquot ab introitu
in religionem (hunc illum statum) sive sorte
haec tenus dati, sive ulterius ad mortem usque
dandi estis Patroni in mense Januario.

N.B. *Hoc ultimum singulis sequentibus horis*
mutato nomine mensis adjiciendum. Quilibet po-
terit etiam pro gustu suo sibi pro singulis mensibus
alia seligere festa, quam quæ ego ex P. Nadasi hic
addueo.

Horæ